Soldani primi ex Chairo ingressus est; quem magno affecit honore. At post mortem dicti Saladini præfatus Ibnu elbaitar reversus est domum suam, et ibi composuit ejus præstantissimum librum de virtutibus herbarum. De venenis, et metallis, De animalibus secundum ordinem alphabeti tribus voluminibus completum. Qui obijt in Malcha anno quingentesimo nonagesimo quarto de Elhegira ✝

De Averoi

Averois nomine proprio vocatus est Muhammed cognomine Abulgualid. Averos autem nomen proprium est primi hujus domus. Rectum Arabicè est Ibnu Rosdin, quoniam Ibnu significat filium, et rosdin nomen proprium significans rectum. Inter Arabes quoq doctos vocatur ibnu roschin elhafidu, qui Latinè interpretatur nepos ad differentiam

aui